



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Antonij Maioragij|| Orationes|| Et Praefa-||tiones

Majoragio, Marcantonio

Monasterii VWestphal., 1599

VD16 ZV 10313

XXV. De Biblioteheca publica Mediolani instituenda, & omni genere
librorum instruenda, ad Alfonsum Aualum, Oratio imperfecta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68843](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68843)



DE BIBLIOTHE-
CA PVBLICA MEDIOLA-
ni instituenda, & omni genere Li-
brorum instruenda,

Ad Alfonsum Aualum.

ORATIO XXV.

Imperfecta.



Vm multis in rebus immortali Deo glori-
tias agere debemus, Alfonse Princeps
illusterrime, qui tantarum calamitatis
causas, quantas superiorē tempore per-
tulimus, à nobis tandem euerterit.
profligarit, & optatissimam pacem inuexerit, ac re-
rum omnium abundantiam: tum nulla remagis es-
bere nos existimo, quād quod Tē nostra Cūltati, &
summae Reipub. praeesse voluerit, vt amplissimus ac pro-
dētissimus Imperator, protu singularis sapientia, argu-
incredibili virtute, Remp. benerendo, Diuorum im-
mortaliū templū colendo, sanctissimas religiones ob-
seruando, Remp. conseruares. Sapientia mecum, Al-
fonse, mirari soleo, & cū tuā religionis ac virtutis
mīhi venit in mentem, cōsiderare, quācū tantopere

bellicis in rebus & imperatoria laude ceteris omnibus
antecellas, vt non solum eorum hominum, qui nunc
sunt, gloriam, sed etiam antiquitatis memoriam su-
peraris: tamen ita religioni deditus, ita modestus ac
summissus, & vt breuiter dicam, ita Christianus es,
vt tibi religiosissime viuere, summa votorum esse vi-
deatur. Et quoniam ad bene beateque viuendum, ex-
ploratum habes, plurimum conducere studia litera-
rum: studiosos earum ita fones & amplecteris, vt non
solum eos, qui sunt in hac ciuitate, subleues: sed alios
etiam hic, ex longinquis regionibus, proponens eis v-
berrima præmia, conducas. Quare iam in certam
spem venerunt huius ciuitatis homines, fore, vt opti-
marum artium studia, superiori tempore, bellorum
tumultibus & hostium incursionibus prostrata & in-
cultia, per te restituantur. Nimurum hoc vnum ad
amplissimam gloriam tuam, & res gestas immorta-
les, adhuc deesse videtur, vt hanc tu amantissimam
ciuitatem, olim studiorum parentem ac altricem,
nunc literarum inopia laborantem, contendas suble-
uare. Cum igitur animum tuum in hanc partem
tam propensum & inclinatum esse videam, vt nihil
addi posse videatur: existimavi me facturum opera-
precium, si tibi, quasi digito viam demonstrarem, qua
posis in hac ciuitate cum paruo labore, neque ma-
ximo sumptu, literarum studia reuocare, iuu-
tutem excitare, ciuitatem hanc honore maximo co-
bonestare, famam tui nominis relinquere sempiter-
nam. Quid si res vlla potest inueniri digna maiestate
tua, digna virtute, digna religione, quam tibi, relictis
omni-

§28 M. ANT. MAIORAGII

omnibus rebus , amplecti fas sit , & perfici: haec posse
atque , quam nos hoc tempore in consultationem aduenimus ,
tant a est , ut reliquis omnibus anteponi dignasse
videatur : quam tu , protuas sapientia , fide , pietate ,
fusciplias : suscepit am , industria , consilio , diligencias
quae perfecta , iuuentuti Mediolanensem , a judicio
diosis omnibus incredibilem afferat utilitatem ; tibi
vero gloriam acquirat immortalem . Non te praeterea
Alphonse , duas solas Artes in orbe terrarum inuenit ,
qua mortalem possint in amplissimo dignitatis & lau-
dis gradu collocare , & hoc breue vita nostrarum cur-
lum ita posteritati commendare , vt in linguis & re-
omniis , vnius viri memoria perpetuo celebretur .
Disciplina militaris , & Studium literarum . Quam
artium in altera tu iam pridem ita versaris , vt virtu-
tis tuae bellicae splendor , tanquam Sol quidam exortu-
res gestas antiquorum , tanquam minor sidera , pre-
strinxerit : Artem autem literarum (vt inicio dixi) sa-
complectaris , vt mibi facilimum fore sperem , quod re-
bementissime cupio , tibi persuadere : cum presentum
tilissimum sit & optimum . Est hæc nostra Ciuitas Mi-
diolanirerum omnium (vt optimè nosti) copiosissima ,
non frugum abundantia , non agrorum libertate , non
magnitudine passionis cuiquam est inferior . Pratenus
floret ingeniorum acumine , nobilitatis splendore , mo-
rorum in rebus gerendis sagacitate , domini militari
claritate . Ad hæc tanta est artificum cuiusque modi pa-
stantia ac industria , vt nulla ciuitas vñquam possum
nes natos excellentiores habuerit . Huc accedunt du-
mirificæ subtractiones , quæ merito possent intercom-
muni

mora illa mundi miracula numerari. Quarum altera Fanum est pulcherrimum ac religiosissimum, quod in maximam solet admirationem spectatores omnes inducere: quippe sub astratendens machina, columnis crassis & sublimibus innixa, tantum extollitur, ut oculorum acies vix possit ad eius cacumen pertingere, longitudine ac latitudine iuxta sublimitatis proportionem accommodatissima: totum autem ex solido marmore fabrefactum, sed arte tam egregia, ut vix hominis ingenio factum esse credibile videatur. Altera vero Substructio Castrum est Mediolanense: de quo, quid ego plura commemorem, quam quod omni nationi planum est ac manifestum, esse penitus in expugnabile: atque ad eum communictum esse, ut non solum munitius fieri non possit, sed ne excogitari quidem: ut etiam ex re nomen asseditum esse videatur. Arx enim Louis appellatur. Declaratum est hoc superiore tempore, cum tot bellis ac obsidionibus petitum fuerit, tot vineis, aggeribus, tormentis oppugnatum: nunquam tamen nullus ex tot Ducibus atque Imperatoribus eximijs, & in arte militari peritis, potuit illud expugnare. Quare iam satis superque, cognitum est, hoc unum Castrum ab omnibus belli tumultibus & oppugnationibus esse tutissimum, nec ullo modo fieri posse, ut humanis viribus expugnetur. Quae cum ita sint, unum adhuc ornamen- tum huic praeclarissime ciuitati, & his tam admirandis subtractionibus de esse videtur: quod si quis addat, sibi decus acquirat sempiternum. Cuius quidem orna- menti Te cupimus esse principem & authorem, ut in hac ciuitate, perpetua tui memoria conservetur, &

E

tiam

tuam posteritas omnis sentiat ac laudet munificiam & liberalitatem. Hoc autem illud est, de quo quimus, ornementum: Ut in templo illo maximo religiosissimo Bibliotheca, librorum omnium generum perfectissima, constituatur: & aedes binæ adficiantur; altera iuxta templi sacraria; altera in ipsa Arce, quae sunt huic tantum modo rei destinatae: ut, quoniam certi sunt temporum exitus, si quando bellum excedetur, possint in Arcem munitissimam voluminatissimam, & ibi tutam esse ab omni præliorū violentia. Quid ego nunc commemorem, quantopere res ista memorabilis & gloria futura sit, ubi disseminabitur apud exterias nationes; & olim apud posteros memorabitur: Alphonsum Daualum, omni bellicula laude prestantissimum, cuius ad omnes ferè in mundi regiones virtus sua peruaserit, tantopere literas etiam dilexisse, ut tripletissimam Mediolani Bibliothecā reliquerit. Quia non sapientiam tuam laudabit? prudentiam admittitur? consilium approbabit? Certatim tollent in agnomen tuum vbiq; studiosi literarum: multorum scriptis & præconijs vbiq; gētium prædicaberis: nunquam poterit hoc factum tuum vetustas abolere. Dum hunc terrarum globum Sol è cœlo radj; suis illustrabit, dum stabit hac immensa mundi compago, virtutem tuam genus humanum prædicabit. Nam si quidam obcurti mortales, aut non admodum excelsō loco natū, nō aida causa, nisi quod librorum magnum numerum colligerint, aeternum nomen inuenierunt: quid futurum censes, cum tu iampridem maximis rebus gestis tuis clarissimus, ad literas excolendas animum etiam ad-

ORATIO XXV. 551

iceris? Quis Tyrannionem Grammaticum agnoscet,
aut tant opere celebraret, nisi magno studio & indu-
stria librorum tria millia collegisset? Quid patrum no-
strorum memoria, Cosmus Medices, Florentinus ciuis,
num alia de causa fuit vbiq; laudatus, vt etiam cele-
berrimum nomen doctissimorum hominum scriptis ha-
buerit; quam quod literas amauerit, & literatorum
hominum studiosissimus & amantissimus fuerit, & vn-
dig; congestis libris, copiosissimas Bibliothecas referse-
rit? Sed ne fortè negocium hoc, tanquam maiestate
tua minus dignū, asperneris: habes authores, grauiſſi-
mos ac sapientissimos viros, qui non solum omni studio
ad colligendos libros, & instaurandas Bibliothecas in-
cubuerunt: sed etiam, acceritis vndiq; doctissimis &
peritissimis viris, eos summo honore prosecuti sunt, &
eis amplissima præmia proposuerunt. Nam vt primū
Ptolemaeum illum Euergetem referam, qui beneficen-
tiā suā videtur ipso nomine declarare, nonne pul-
cherrimum & celeberrimum Alexandriæ Gymnasium
instituisse legimus, & multa librorum millia compa-
rass̄? cum prius ex omni mundi regione prudentissi-
mos ad se viros euocasset, vel hoc solo.

Franc. Pie.
colomine-
us in Philo-
sophia Mo-
rali. Gradu-
8. cap. 16.

8.cap. 16.

Reliqua desiderantur.

FINIS ORATIONVM.

L1 2

L.I.